

Fragmenta dynamices Hippocratico-Galenicae, sparsis monumentis memoriae prodita ... / [Wilhelm Friedrich Jaeger].

Contributors

Jaeger, Wilhelm Friedrich, active 1759.
Sigwart, Georg Friedrich, 1711-1795.
Universität Tübingen.

Publication/Creation

Tubingae : Litteris Schrammianis, [1759]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/p9ean43r>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

FRAGMENTA
DYNAMICES
HIPPOCRATICO-GALENICAE,
SPARSIS MONUMENTIS MEMORIAE
PRODITA.

H A E C

DEO CLEMENTER IUVANTE,
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

D O M I N O

IO. CAROL. LUDOVICO,

COMITE PALATINO RHENI, DVCE BAVARIAE,
rel. rel.

P R A E S I D E

GEORGIO FRID. SIGWART,

PHIL. MED. ET CHIR. D. HVIVSQUE ET ANAT. P. P. O.
MEDIC. AVLIC. WIRTEMB. FAC. MED. SEN.
ET P. t. DECANO,

P R O

GRADU DOCTORIS IN MEDICINA

A. D. Nov. 1759.

PVBlice DEFENDET

WILHELMVS FRIDERICVS IÆGER,

KIRCHO - TECCENSIS.

TVBINGÆ, LITTERIS SCHRAMMIANIS.

FRAGMENTA
DYNAMICES
HIPPOCRATICO-GALLENICAE,
PARSIS MONUMENTIS MEMORIAE
PRODITA.

DEO CLEMENTER ILIANTE,
RECTORE UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
Κατὰ τὸ δυνατόν.

D O M O
Nam
O. CAROLUS LUDOVICUS
COMITE PALATINO RHEINO-PALATINUS
P R A E S I D E
GEORGIO FRID. SIGWART,
PHIL. MED. ET CHIR. P. DIVINOVITAE ET ANAT. P. P. O.
MEDIC. AULIC. WÜRTEMBERG. FAC. MED. SEN.
ET P. A. DECANO.

P r o
GRADU DOCTORIS IN MEDICINA

A. D. Nov. 1779.
PUBLICE DEFENDET
WILHELMVS FRIDERICVS IAEGER,
Alumno. Tectensis.

TUBINGAE, LITTERIS SCHRAMMIANIS.

INCLITAE
CIVITATIS KIRCHO - TECCENSIS
PROCERIBUS,

V I R O

PRÆNOBILISSIMO, CONSULTISSIMO ET PRÆSTRENUO,

D O M I N O

O. CHRISTIANO COMMERELL,

SERENISSIMI DUCIS CONSILIARIO, ET PRÆFECTO
SUPERIORI,

V I R O

SUMME VENERANDO ET DIGNISSIMO,

D O M I N O

GEORGIO MICHAELI SEEGER,

ECCLESIAE PASTORI, ET VICINARUM
SUPERATTENDENTI,

N E C N O N

V I R I S

PRUDENTISSIMIS ET GRAVISSIMIS,

DOMINIS CONSULIBUS

E T

DOMINO POLIGRAPHO,

CETERISQUE

ORDINIS SENATORII ADSESSORIBUS

SPECTATISSIMIS,

PATRONIS ET FAUTORIBUS SUIS ÆTERNUM

PIE COLENDIS,

ASCE STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS IN PUBLICUM

GRATI ANIMI PRO IMMORTALIBUS IN SE COLLATIS BENEFICIIS,

ET IN ULTERIOREM SUI COMMENDATIONEM

D. D. D.

TANTORUM NOMINUM

Cultor obsequiosissimus,

W. F. IÆGER, *Resp.*

INCITAT
CIVITATIS KIRCHO - TECCENSIS
PROCEPIS
VIR
NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO ET PRAESTANTISSIMO
DOMINO
CHRISTIANO COMMERELL
RENNISSIMO DUCIS CONSILIARIO, ET PRAEFECTO
SUPERIORI
VIR
SUMME REVERENDO ET DOCTISSIMO
DOMINO
ORGIO MICHAEL SEEGER
ECCLESIAE PASTORI, ET VICINARUM
SUPERINTENDENTI
VIR
REVERENDISSIMO ET GRACIOSISSIMO
DOMINIS CONSULIBUS
ET
DOMINO POLIGRAPHO
CETERISQUE
DIGNIS SENATORII ADRESSORIBUS
SPECTABILISSIMIS
PATRONIS ET FAVORABILIS SUIS AETERNUM
FIDELI GLENDIS
E STUDIORUM SUORUM ERMITIAS IN PUBLICUM
ALAM PRO INNOTABILIBUS IN SE COLATIS BENEFICIIS
ET IN LITTERARUM SUI COMMENDATIONEM
D. D. D.
TANTORUM NOMINUM
W. F. SEGER, R. P.



FRAGMENTA MEDICINAE DYNAMI- MICAЕ, AD IPSIUS PRAECOGNOS- CEN- DA SPECTANTIA.



I.

*V*t recte aestimare discamus humanas vires, commo-
dissimum erit, a nobis ipsis inchoare: tum demum
alios mensurare licet, sed sine invidia, sine adula-
tione, nec, utroque etiam vitato vitio; umquam,
si nemo nos Dynametram constituit. Ita vero, Geometrarum
practicorum more, mensuramus arua, non conculcamus. GOTTL.
FRID. HAGEN *Diss. mathem. de mensurandis viribus propriis &*
alienis. Gissae. 1733. §. 8, 23, 25.

II.

Sed haec tam artis cogitandi, quam morum magistris ma-
thematicis relinquenda sunt. Conf. Cel. GODOFR. PLOUCQUET
fund. philos. specul. §. 590-598.

III.

Nostri fori est mensurare morbose adfectas vires, maxime
humanas, psychicas organicasque.

III.

Verum , vt *uniuersa dynamice*, ita *medica* pariter , vt pars *medicinae* , rectius *medicina dynamica* , quam *dynamice medica* , dicenda , ultra GEOMETRARUM limites sese extendit. *Mathematica* , inquam , non solum est , sed & *philosophica* , circa *qualitates virium naturales & praeternaturales* occupata.

V.

Medici hinc , qui *Physici* vulgo dicuntur κατ' ἐξοχήν , non sui nominis sunt , & praeter meritum ita adpellantur , quotquot hospites sunt in ista , quum ab ea ipsa proprie nominentur *Physici* , seu *naturae* , adeoque *virium* interpretes.

VI.

Recte igitur ROLFINCIUS *L. 1. Conf. XXI. p. 303. vires* , inquit , *omni BONO MEDICO cum primis attendendae sunt*.

VII.

Cui effato illud responderet , quod THEOPHILUS BONE-TUS *Tbes. med. pract. T. 1. L. 1. Tit. 1. C. 1. §. 28. p. m. 142. protulit : Vires Medicum altero oculo semper intueri oportet*.

VIII.

Idem suadent monita etiam HIPPOCRATICO - GALENICA. HIPPOCRATES τὸ θεῖον adeo connectit cum *medico-dynamico* de *viribus* argumento , & vtrumque nobis ediscendum esse , vno edicto contendit , dicens : Γνόντα οὖν καὶ τῶν παθέων τῶν τοιστέων τὰς φύσεις , ὁκόσον ὑπὲρ τὴν δύναμιν εἰσι τῶν σωμάτων , ἅμα δὲ καὶ , εἰ τι θεῖον ἔνεστιν ἐν τῇσι νόσοισι , καὶ τότε τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν. "Οὕτω γὰρ ἂν θαυμάζοιτό τε δίκαιώς , καὶ ἱπτρὸς ἀγαθὸς ἂν εἴη. Proinde , *ubi talium adfectionum NATURAM , quantum scilicet VIRES corporis superant , cognouerit , simulque ἔ , si quid DIUINI in morbis inest , huius quoque prouidentiam ediscere oportet. Hac enim ratione merito sibi admirationem, ἔ BONI MEDICI (n. VI.) existimationem conciliauerit. S. II. Praenot. 17-20. p. 36. edit. ANUT. FOES.*

VIII.

VIII.

Germanus mentis HIPPOCRATICAE interpres, GALENUS, *de locis Lib. III.* hisce concinit: Ἡ μέγας νοσήματος, ἢ ΡΩΜΗΝ ΔΥΝΑΜΕΩΣ ἀσκήν διαγινώσκειν, ἢ τὴν μέλλουσαν ἀκμὴν προγινώσκειν. Καὶ μὲν ἀνευ τῆς τῶν τριῶν τέτων ἀκριβὲς διαγνώσεως οὐκ ἐνδέχεται περὶ σωτηρίας εἶδεν δυνατόν ἐξευρεῖν, ἔμᾶλλον ἢ, ἢ Φορτίον τις ἱκανὸς κομίζειν ἔσοιτο χωρὶς τῆς καὶ τὴν ῥώμην εἶδεναι τῆς ἀνθρώπου, καὶ τὸ μέγας τῆς Φορτίου, καὶ τὸ μήκος τῆς ὁδοῦ. *Et magnitudinem morbi, & ROBUR VIRTUTIS adfuescendum est discere, & id, quod in morbo summum erit, pernoscere. Et quidem sine horum trium exquisita cognitione non sperandum, circa salutem aliquid posse inueniri, non plus fuerit (scire) utrum aliquis onus aptus sit ferre, nisi & robur hominis, & oneris magnitudinem, & durationem viae.*

X.

Quin eadem inculcant, quotquot in horum DUUMVI-
RORUM scriptis occurrunt de *vi* (δυνάμει) & *natura* (φύσει)
edicta, in *iatrodynamicis*, *theoreticis* aequae, ac *practicae*, ma-
ximi momenti, infraque ex parte excitanda.

XI.

Quidni igitur, ut cum Cel. GAUBIO *Inst. path. med. §.*
188. loquar, praeuntem sequamur HIPPOCRATEM, qui prae-
ter continentia & contenta, etiam τὰ ὀρμῶντα in homine con-
templari cum ratione iussit?

XII.

Hinc IOH. FERNELIUS in *therap. uniuers. L. I. C. I. p. m.*
329. Medicus, inquit, remedia confert, non solum, ut natu-
rae minister, sed interdum ut adiutor, interdum etiam, ut opi-
fex primarius Quorsum, quaeso, constituta haec (medi-
cinam vult dynamicam) esset tot tantisque maiorum vigiliis,
nisi maius quiddam & excellentius, quam natura, praestaret? . . .
Quum igitur omnium, quae mundus habet, MEDICINA PERSPE-
CTAS VIRES teneat, internoscatque salutaria a pestiferis, haec qui-

dem longe praeuidet & declinat, illa confectatur & inquirat, & ita tempestive adhibet, ut suis viribus exitiales aliqui morbos leniat, faciatque salutare, quos sola natura numquam euicerit.

XIII.

Ecquis autem mortalium arcana virium cognouerit? Vires aestimare, hoc opus, hic labor est. Est, fateor, res indagatu difficilis. Vnde ILL. LEIBNITIUS, aduersus Cel. STURMIUM disputans, recte monet, vim ex earum rerum numero esse, quae non imaginatione, sed intellectu attingantur. A. E. L. 1698. Mens. Oct. p. 431. At tamen, debita si adhibeatur attentio, ex effectibus suis aestimari possunt. Ab effectu ad causam proxima patet cognitionis via.

XIII.

Quemadmodum nempe ex qualitate effectuum iudicatur qualitas virium: ita ex illorum quantitate mensuratur harum quantitas. Vid. laudata n. II. fund. phil. spec. §. 490. 492. Sed cautione opus est. L. c. §. 493.

XV.

Modo citatus n. XII. classicus inter Medicos auctor, IOH. FERNELIUS in physiol. Lib. III. Cap. II. p. m. 57. idem perspexit: Virium, inquiens, robur aestimandum est. Id autem quum animo & cogitatione complecti difficile atque arduum videretur, Medici iuxta, ac Philosophi, sensibus, tamquam incorruptis & integris iudicibus, confirmandum duxerunt, omnium vires ex efficientia & operibus tantum conuenienter aestimantes.

XVI.

Subeunt heic animum Thesium inauguralium metaphysicarum non nullae, quas proxime inter nos strenue defenderunt Magisterii philosophici CANDIDATI, quaeque in Medicina quoque dynamica multifariam adplicari possunt, hisce ipsius fragmentis addendae. Hae autem illae:

XVII.

XVII.

Possibilitas corporis per vires finitas indestructibilis demonstrari potest. L. c. §. 7. Addo : Arte nostra , vti quidem ALCHYMICORUM fert sententia , in *actum* deduci non potest.

XVIII.

Vis attractiua non inest materiae. L. c. §. 11. Quaecumque igitur in *Medicina nostra dynamica* de illa dicuntur , infirmo stant talo.

XVIII.

Actio non infert passionem , sed passio actionem. L. c. §. 27. Multo magis absolum est , *actiones & passiones* plane confundi non numquam in foro medico , hasque haberi pro illis , vt in illa de *musculari motu* naturali ac morbofo doctrina.

XX.

Vires substantiarum , tam simplicium , quam compositarum , sunt proportionales suis effectibus. L. c. §. 21. Ab horum itaque quantitate ad illarum quantitatem naturalem & morbosam iusta semper procedit & proxima consequentia.

XXI.

Vis corporis dupla producit effectum duplum : e quo vero neutiquam inferre licet , celeritatem duplam producere effectum duplum in communicatione motus. L. c. §. 22. En thesin , *dynametris* quoque *Medicis* perquam vtilem , si dextram quidem illius fecerint adplicationem !

XXII.

Ad congerenda propiora , inque subfelliis nostris maxime euulgata reuertor *MEDICINAE DYNAMICAE FRAGMENTA* , eademque quidem 1) *pathologica* , nominatim a) *nosologica* , b) *aetiologica* , c) *symptomatologica* , d) *semiologicala* : 2) ad
materiam

materiam medicam spectantia : 3) *therapeutica* , latius dicta.
Praecurrunt itaque

FRAGMENTA MEDICINAE DYNAMICAE
PATHOLOGICA,
nominatim
NOSOLOGICA.

XXIII.

ΔΥΝΑΜΙΣ HIPPOCRATI *Lib. de ant. Med.* dicitur τῶν
χυμῶν ἀκρότης καὶ ἰσχὺς , *humorum perfectio , ad summum pro-*
gressa , & hominis robur : GALENO lib. de plenit. Αἰτία ἢ οὐσία
δραστική , *quaevis causa aut substantia efficax , respectu ad homi-*
nem , eiusque facultates.

XXIII.

ΔΥΝΑΜΕΙ opponitur ἈΔΥΝΑΜΙΑ ut: ἐκ κενεαγγείας, *ab in-*
anitione , παρὰ λόγον κενεαγγικὸν ἀδυναμία , subitaneus virium
lapsus sine vlla iactura : vnde dicuntur παραλόγως ἈΔΥΝΑ-
ΤΟΥΝΤΕΣ , κενεαγγείας μὴ ἐξσης , viribus prostrati citra ratio-
nem , nulla praesente inanitione. HIPPOCRATES *Coac. praenot. &*
prorrhet.

XXV.

ΑΔΥΝΑΜΙΑΣ species est ΔΥΝΑΜΙΣ ΑΣΘΕΝΗΣ , de qua
GALENI *effatum aetiologicum* ita habet: Ἡ ΔΥΝΑΜΙΣ ἈΣΘΕ-
ΝΗΣ γίγνεται ἐνίοτε , καὶ διὰ καχεξίαν τῆς κάμνοντος , καὶ διὰ
γῆρας. *Vis vitae imbecillis fit interdum , & propter viscosos la-*
borantis humores , & propter senium. *Meth. medend. L. X.*

XXVI.

De eadem IDEM ita : Καταλειπόμενον τῆς ΔΥΝΑΜΕΩΣ
μικρὸν καὶ ἀμυδρὸν μὴ ὅσον ἀνταρκές εἰς τὴν ὠφέλειαν τῆς πε-
πονθότος. *Residuum virtutis parvum & obscurum , non sufficiens*
ad auxilium patientis. *Therap. ad Glauc. II.*

XXVII.

XXVII.

Hinc letales morbi dicuntur τὰ πάθια ὑπὲρ τὴν ΔΥΝΑΜΙΝ
τῆς σώματος, *adfectus, qui vires corporis superant*, HIPPOCRATI
Progn.

XXVIII.

Et mori, si GALENUM audias, est *vim vitae* morbo debi-
liorem habere. Ἀποθανεῖν ἀναγκαῖον, ὅταν ἡ ΔΥΝΑΜΙΣ ὑ-
πὸ τῆς νοσήματος ἡττηθῇ, *mori necesse est, si vis a morbo su-
perata fuerit*. L. 3. de cris.

XXVIII.

ἈΣΘΕΝΕΙΑ denotat leuiorem virium defectum. Ita ac-
cipit HIPPOCRATES de vet. Med. Ἐγγύτατα τῷ ἀδυνέοντός ἐστι
ὁ ἀδυνής, *proxime ad aegrotum accedit infirmus*.

XXX.

Differt ab ea APPΩΣΤΙΑ ἢ APPΩΣΤΗΜΑ. Sic enim
GALENUS in def. med. ἈΠΩΣΤΗΜΑ ἐστὶ νόσημα ἀδυνές
ἐλαττεῖν τὴν ΔΥΝΑΜΙΝ, *est debilis morbus, de viribus aliquid
destruens*.

XXXI.

Differt autem ita, vt maiorem virium defectum desi-
gnet, exponente GALENO l. c. Ἀρρώστημά ἐστι νόσημα ἐγκε-
χροτισμένον μετ' ἀδυνείας πλείονος.

XXXII.

Differt ἀποψυχὴν ἢ λειποψυχὴν, *animi deliquium*, vti *spe-
cies a genere*.

XXXIII.

Quemadmodum *termini* VIS & NATURA parum differunt,
& haec illam, quatenus certo cuidam inest subiecto, *proprie*
designat: ita a recentioribus aequae, ac veteribus, saepius
synonymice vsurpantur. Hinc GALENUS Meth. med. Lib. III.
scite dicit: Ἀλλ' ἔχ' ἀπλῶς εἰπεῖν χρὴ ΦΥΣΙΝ, ἀλλὰ προσθε-
ναι τὴν τίνων, καὶ πᾶ. *Non simpliciter nominanda natura, sed
addendum est, cuius ea sit, & ubi*.

XXXIII.

Non minus liquidum est EJUSDEM Comm. 5. in L. 6. Epid.
enuntiatur: ΔΥΝΑΜΙΝ δὲ προσήκει νῦν ἀκρίβειν ἐκ τῆς τῆς ΦΥΣΕ-

ΩΣ ὀνόματ' ἐνέσαν αὐτοῖς τῆς σώμασι, τοῖς διοικημένοις ὑπ' αὐτῆς. *Naturae autem nomine vim intelligi nunc oportet, quae corporibus ipsis inest.*

XXXV.

Ipsas vires & naturas variis modis, & insigniter quidem adfici, docet HIPPOCRATES de rat. viēt. in morb. acut. quando mentionem facit mutationum, quae ipsi audiunt αἱ μέγιστα μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς ΦΥΣΙΑΣ ἡμῶν καὶ τὰς ἐξίας συμβαινόντων.

XXXVI.

Ab EODEM *lib. de alim.* ob suam in agendo spontaneitatem & autocratiam *vires* vocantur αἱ φύσεις πάντων ἀδίδακτοι.

XXXVII.

Quam in rem GALENUS de *sympt. caus. Lib. I.* ita differt: Ἡ ΦΥΣΙΣ λόγος πάσης ΔΥΝΑΜΕΩΣ, τῆς διοικήσεως τοῦ ζῶον, εἴτε κατὰ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν, εἴτε καὶ χωρὶς ταύτης ἀντιδιαίρεμεν ἀπάσῃ τῇ παρὰ ΦΥΣΙΝ αἰτία, δι' ἣν βλάπτεται καὶ διαφθείρεται τὸ ζῶον. *Natura ratiocinium est totius virtutis illius, quae animal regit, siue e nostra conscientia, siue sine illa, oblectamur omni praeter naturam causae, per quam laeditur, aut corrumpitur animal.*

XXXVIII.

Vnde IDEM *metb. meth. Lib. III.* Ὅσον δημιουργός τε καὶ τεχνίτης ἡ ΦΥΣΙΣ, *instar opificis & artificis natura est.*

XXXVIII.

Nam EODEM teste de *dieb. crut. L. II.* τεταγμένον τι χρῆμα ἐστὶν ἡ ΦΥΣΙΣ, καὶ περὶ αὐτὴν κρατῇ τῆς ὕλης, ἀναλογίαις τισὶν ὠρισμέναις καὶ περιόδοις τεταγμέναις αἱ κινήσεις αὐτῆς γίνονται. *Ordinatum quoddam negotium est natura, & postquam superauerit materiam (morbificam) determinata paritate, & certis circuitibus, motus eius sunt.*

XXXX.

Quemadmodum vero *Nosologia* nomen habet ἀπὸ τῆς νόσος: ita νόσος, *morbis*, sine *naturae* notione intelligi nequit.

Hinc

Hinc AUCTOR *Defin.* νόσον ita explicat : Νόσος ἐστὶ δυσκράσια τῶν πρώτων κατὰ ΦΥΣΙΝ, ἢ δυσκράσια τῶν ἐν ἡμῖν χυμῶν, ἢ τῶν ΦΥΣΙΚΩΝ δυνάμεων παραποδισμὸς, ἢ τροπὴ σώματος ἐκ τῆς κατὰ ΦΥΣΙΝ εἰς τὸ παρὰ ΦΥΣΙΝ. Tantaе amplitudinis est *Nosologia dynamica*!

XXXXI.

Stantis, sedentis & iacentis naturae conceptus cum auctore suo HELMONTIO sepulti iacent. Nec ad *Dynamicen* nostram *nosologicam* propius spectant tot de *viribus & natura* alibi commotae controuersiae.

XXXXII.

In veritatem *Medicinae dynamicae* quam consentiant cum vetustissimis recentissimi, multis comprobare liceret, si quidem id iam ageremus. Sufficiat hoc vnicum: Recentissimus scriptor pathologus, Cel. GAUBIUS in *Instit. pathol. medicin.* §. 9. ipsam adeo *medicinam* definit per *scientiam ac prudentem directionem* virium naturae humanae ad vitae & sanitatis a morbis & morte tutelam. Debet adeo, (Medicus nempe) pergit §. XII. exponere I. *conditionum hominis . . . naturam, causas, sedes, differentes modos, gradus, effectus.* II. *Vires naturae humanae, utrique principio inditas, conseruatrices, destruetrices, medicatrices.* III. *Potestates rerum externarum salubres, noxias, medicatas.* IIII. *Regulas denique & praecepta bis vtendi, illas dirigendi.*

XXXXIII.

Laudatus AUCTOR quidem *virium morbos*, adeoque veritatem *pathologiae dynamicae*, negare videtur, quando l. c. §. LI. ita differit: *Naturae certamen ideam aduersarii includit: hic morbus est: huic suos Natura opponit conatus medicatos, quibus si nomen morbi dederis, an morbum abesse dices, quum languens forte Natura huic non obluetatur? An, quos Naturam imitans Medici sollertia similes per remedia producit motus, pariter ad morbum ipsam referes? Verum, nisi adfirmando ad vtrumque dubium sibi responderet, aut responderi vellet, sibi sane contradiceret ipsi. Id vitii sibi imputari recusat ipse, mox addens: Largimur tamen, morbos dari, quorum bonam*

partem, si uniuersum decursum species, ista molimina constituunt. Concinit cit. §. introitus, ita habens: An igitur morbus recte dicitur certamen Naturae, propriam salutem propugnantis? Ex intimis medicinae penetralibus petita haec notio sapienti cuius in arte magistro iure probatur. E. ex intimis medicinae penetralibus petita est pathologiae dynamicae veritas, quidquid ogganiant in illa hospites. Ipsum naturae certamen, ut porro eiusdem AUCTORIS verbis rem eloquar, ideam aduersarii includit. Ipsa, cum eo inquam, medicina virium directrix scientia est (n. XXXXII.). Praeter solitas in statu sano regulas, adeoque morbose, aduersatur morbofis etiam aliis adfectionibus. Inde interpretor & alia, huc spectantia, alibi ab eodem Pathologo prolata, quae forte sinistre recipi possent a medicinae dynamicae aduersariis. Ea maxime indigito, quae l. c. §. 36-45. & 169-199. leguntur, inde repetenda, & ulterius expendenda, quum de irritabilitatis principio eadem, quae Ill. HALLERO, ipsi aliisque stare sententia non videatur.

XXXXIII.

Commemoratis (n. XXIII-XXXXIII.) nosologicis adiungenda sunt

AETIOLOGICA.

XXXXV.

Huc ex parte trahenda sunt supra iam alio scopo adlata (n. XXIII, XXV, XXXXII.)

XXXXVI.

Morborum causas omnes quis mortalium cognouerit? Multae omnino nos latent, vnde latentes s. occultae vocantur. Has ignorare, turpe non est, & opprobrio vacat. Eas vero a nobis nesciri, scire expedit, & suo loco & limite magni refert, ne in iis, ad quae nulla peruenire potest curiositas quaerendo, frustra nobis figamus crucem, aut nubem pro Iunone amplectamur. Eius enim farinae inanes speculationes gloriosis istis OCCULTARUM QUALITATUM AUCTORIBUS gloriosae sane non sunt, quin immo, quod maximum est, in certissima miserorum aegrotorum cedunt damna. Adeo
necessa-

necessarium est obseruatu illud in *aetiologia physico-medica* discrimen, quo *phaenomenorum causae* discedunt in *cognoscibiles*, & *non cognoscibiles* s. *occultas*. Illae nobis cognoscendae sunt, etiam si cognitu erutuque saepe difficiles, immo difficillimae sint. Vnde non minus utilis est earum *subdiuisio*, ex qua sunt vel ἐν δυσόπτῳ κείμεναι, vel ἐν εὐδήλῳ, vt cum HIPPOCRATE *de leg.* loquamur. Hae dicuntur *manifestae*: illae *abstrusae*. Quae posteriores itaque ab *occultis* quam maxime discrepant, vtpote nostrae industriae commissae, tantoque magis commendandae, quam *manifestae*. Φανεράς αἰτίας ὀνομάζει προφάσεις ὁ ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ. *Manifestas causas* HIPPOCRATES *prophases* adpellat. GALENUS comm. 4. in HIPPOCRATE de vict. acut.

XXXXVII.

Causarum vero indago quam sit necessaria, neminem fugit. Etenim ἀδύνατόν ἐστιν εὖ εἶναι τὴν θεραπείαν τὴν αἰτίαν μὴ διεγνωκότας, *fiere nequit, vt therapiam s. medendi methodum inueniant illi, qui causas baud cognouerunt.*

XXXXVIII.

At sciendae morborum *causae* non in *materiebus* tantum, sed & in *viribus* sunt quaerendae. Τὰς αἰτίας ἢ ἐν τῷ ΠΝΕΥΜΑΤΙ θετέον, ἢ ἐν τοῖς ὑγροῖς, ἢ ἐν τοῖς στερεοῖς. *Causae vel in spiritu ponendae sunt, vel in fluidis, vel in solidis.* GALENUS Meth. med. Lib. XIII. Ecce manifestum de *dynamice aetiological* testimonium GALENICUM!

XXXXVIII.

Defectus *virium* a variis inducitur *causis*, vt ab exinani-
tione, vnde nominatur ΑΔΥΝΑΜΙΑ ἐκ κενεαγγείας, & sine
praeuia inanitione, quae vocatur παρὰ λόγον κενεαγγικὸν
ΑΔΥΝΑΜΙΑ. (n. XXIII.)

L.

Ita ab humorum iactura virium iacturas exortas adnota-
uit RIEDLINUS in *lin. med.* a saliuae iactura. ad 6. Iul. Obs. 30.
p. 841. ab haemorrhagia. ad 6. Apr. Obs. 10. p. 394.

LI.

Vires frangunt *visciditates* & *senium* (n. XXV.).

B 3

LII.

LII.

Vincuntur, quin saepe plane exstinguuntur *vires* aliis in morbis multiplicibus (n. XXVIII, XXX.) maxime malignis & pestilentibus. Hinc GALENUS in *lib. de euchym. & caco-chym.* inter pestis symptomata praecipue habet ΑΔΥΝΑΜΙΑΝ, *virium defectionem.*

LIII.

Vires morbose adfectae vt suas agnoscunt *causas morbificas*, easque vel iterum *morbosas*, vel *simpliciter morbificas*: ita vicissim *causae* fiunt vel *morborum*, vel *sanitatis.*

LIII.

Traditis itaque (n. XXXV - LIII.) *fragmentis pathologico-aetiologicis* addenda nunc sunt

SYMPTOMATOLOGICA.

LV.

Talia ex parte etiam supra iam sunt prolata (n. XX. XXI. XXXV. XXXVII. XXXVIII. XXXXII.), adeoque heic non plane excludenda.

LVI.

Ἀναμάχεται ἡ ΔΥΝΑΜΙΣ, καὶ διαγωνίζεται πρὸς τὰ λυπῆντα, μέχρι περ ἂν ἐκμοχλεύσῃ τε καὶ διώσῃται πάντα. *Conflatur vis & colluctatur contra ea, quae adfligunt, donec arietando commouerit & diffregerit omnia.* GALENUS de caus. sympt. L. V.

LVII.

Πειράται ἡ ΦΥΣΙΣ ἐαυταῖς χρωμένη ΔΥΝΑΜΕΣΙΝ, ὁμοίᾳ μὲν τοῖς τρεφομένοις, ὅσον ἂν ἐγχωρῇ γενέσθαι χρῆσθον, ἐκκρίνειν δὲ τὸ μὴ τοῖστον. Ἦν δὲ ποτε διὰ πάχος, ἢ πλῆθος, ἢ γλιχρότητα τῆς περιττώματός, ἢ τινα σέγνωσιν τῶν ὀδῶν, ἀδυνατήσει πᾶν ἐκκρίναι τὸ μοχθηρὸν, ἀναγκαῖον αὐτῇ χρονίζοντι κατὰ τὸ τῆς ζωῆς σῶμα διαφθεῖρασθαι. *Tentat natura semper, propriis usa viribus, adaequare quidem nutriendis, quidquid adhuc infuerit optimi, eicere autem, quod tale non fuerit. Sin autem propter crassitiem, aut copiam, aut tenacitatem excrementicii, aut angustiam viarum, haud poterit omne eicere turbidum, necessarium est, hoc moram neccente in animali corpore, corruptelam fieri.* GALENUS de diff. febr. L. 2.

LVIII.

Διαγωνιζομένη ΦΥΣΙΣ τοῖς νοσεροῖς αἰτίοις. *Colluctatur natura*

natura causis morbificis. GALENUS *de cris. V.* Quae ipsa eius lucta sane non potest non esse morbofa eluctandi contentio.

LVIII.

De *virium*, nunc directione, nunc excessu, nunc defectu, peccantium *effectibus* quam plurima exstant *medicinae dynamicae* monumenta *symptomatologica*, heic non enumeranda. Sequuntur ergo quaedam, prioribus subiungenda,

SEMIOLOGICA.

LX.

Horum aliqua erunt, quae *diagnosin*, aliqua, quae *prognosin* respiciunt. Διάγνωσις ἐστὶ τῶν ἐνεσῶτων γνώσις. GALEN. *comm. I. in progn.* Πρόγνωσις τῶν μελλόντων. ID. *introd. in Med.* Utraque esse debet ἐπιστημονικὴ, τεχνικὸς σοχασμὸς, *scientifica dignotio, artificialis coniectura.* ID. *de loc. adf. 2.*

LXI.

Et talis quidem morborum dignotio praesertim necessaria est ad *therapiam*. Ἡ διάγνωσις τῶν παθῶν ἀναγκαία πρὸς τὴν θεραπείαν ἐστίν. GALENUS *comm. I. in lib. HIPPOCR. de diet. san.*

LXII.

Horum loco haberi possunt alio respectu supra iam exhibita.

LXIII.

Ipsa nempe *virium inconstantia*, & in ruinam subiectorum suorum sponte ruens vicissitudo, summaque mutabilitas certo ostendit, si non totius animalis, adeoque & hominis, at corporis tamen animalis & humani *mortem* esse *necessariam*, adeoque a possibilitate *immortalitatis* alicuius corporis animalis ad consequendam in hac vita *immortalitatem* concludi non posse, quidquid etiam de suis ad vitam morte carentem, inque secula ituram, quin in aeternum propagandam factis commendatisque PANACEIS, PULVERIBUS, ESSENTIIS, *cet. VITALIBUS* sponponderint HYPERPHYSICI (n. XVII.).

LXIII.

Actionum & motuum qualitates aequae, ac *quantitates* designant (n. XX, XXI.) & exacte quidem designant *virium qualitatem & quantitatem* (n. XIII-XV.).

LXV.

Motus morbofi indicant *virium luctam* (n. LVIII.): *ordinati*

nati ut plurimum satis *ordinatam* (n. XXXVIII.), *inordinati inordinatam* (n. LVIII.) & utrimque quidem in *qualitate* & *quantitate* (n. III, VIII, VIII.).

LXVI.

Huc spectant sequentia GALENI effata : Ἡ ΔΥΝΑΜΙΣ οἷον μάχην τινὰ ἔχει ἰσοδυνῆ. *Vis vitae veluti luctam habet, incerto Marte susceptam.* Comm. 2. in progn. HIPPOCR. Tum vero *difficilis est prognosis.*

LXVII

Εὰν ἐπὶ πλείονα χρόνον ἀπεπτον διαμείνῃ τὸ νόσημα, κίνδυνος, ἀπολέσθαι τὸν ἀνθρώπον, εἰ μὴ ἄρα τὴν ἀντέχουσαν τῷ νοσήματι ΔΥΝΑΜΙΝ ἰχυροτάτην ἔχει. *Si longiori tempore crudus manserit morbus, periculum est, ne pereat homo, nisi resistentem morbo vim fortioorem habeat.* L. c.

LXVIII.

Concinit AETIUS *Tetrab. 1. Tract. IV.* Πρῶτον καὶ μέγιστον ἐστὶ σημεῖον τὸ χωρὶς κρίσεως τεθνήξαι ἢ ἀρρώστια ἔχουσα τὴν τῆς ΔΥΝΑΜΕΩΣ. Οὐ γὰρ ἐπεγείρεται πρὸς διαμάχην. *Primum & maximum signum aegri sine crisi morituri est summa roboris infirmitas. Neque enim insurgit ad luctam.*

LXVIII.

Virium causae morbos indicant *praesentes*, praesagiunt *imminentes*, nunc *manifestae*, nunc *abstrusae* (n. XXXXVI.) dictae (n. XXXXVIII-LII.).

LXX.

Certissima eorum signa *diagnostica* atque *prognostica* sunt ab illis producti motus mutationesque (n. XIII-XV.), adeoque, quae superiora (n. XX, XXI, XXXIII, XXXVII, XXXVIII, LVI, LVII.) innuunt, & praeter haec reliqua omnia.

LXXI.

Virium lapsus grauior mala denuntiat cuiusvis ominis *maligna* (n. LII.),

LXXII.

Pestilentiam (n. cit.) , immo ipsam adeo *mortem* (n. XXVIII, LXVII.).

LXXIII.

Praeternaturalium virium causae, quae in *fluidis* nidulantur,

tur, morbos plus obsequii habituros & mobiliiores praedicunt. Νοσήματα εύλυτα καὶ εύκίνητα, ὧν αἰτίαι ἐν τοῖς ὑγροῖς. *Morbi soluti faciliores & mobiliiores, quorum causae in fluidis.* AUCTOR def. med.

LXXIII.

Quae solida turbant vires, tenacius inhaerent. Ἐιδ' ἰχυρῶς σφηνωθεῖεν, ὡς μοχλείας δεῖσθαι σφοδρότερης, ἐκτείνεσθαι μὲν ἀνάγκη τοιαύτης τῆς πυρετῆς. *Si valde incuneata fuerint, ut vecte indigeant maiori, necessum est, in longum extendi febres istas.* GALENUS Meth. med. Lib. VIII.

LXXV.

Ceterum adlatum effatum, a vecte desumtum, adprime respondet *medicinae dynamicae.*

LXXVI.

Ἐν πάσῃ νόσῳ τὸ ΕΡΡΩΣΘΑΙ τὴν ΔΙΑΝΟΙΑΝ, καὶ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθὸν, τὸ δὲ ἐναντίον κακόν. *In omni morbo mente valere, & bene se habere ad ea, quae offervuntur, bonum est, contrarium vero malum.* HIPPOCRATES Aphor. II, 33.

LXXVII.

ΕΡΡΩΣΘΑΙ τε τὴν ΔΙΑΝΟΙΑΝ, καὶ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς ἀγαθόν, ἀγαθόν τε καὶ ἢ εὐπνοία, καὶ ἢ εὐσφυξία, καὶ ἢ εὐφορία, καὶ τὸ τοῖς ὑγιαίνουσιν ὁμοιότατον πρόσωπον, εὐχύμων τε κατὰ κλισίαν· κακὰ δὲ τὴν ἀντίαν τέττα, τέτ' ἔστι, δυσφορία, κακοσφυξία, δύσπνοια, καὶ μάλιστα ἢ ψυχρὰ τῆς πνεύματος ἐκπνεομένης γινομένη. *Valere quoad intellectum, & post medicamentorum oblationem bene se habere, bonum, bonum etiam libera respiratio, pulsus rectitudo, & in melius conuersio, & sanis similis vultus, & bene digestae deiectiones. Mala autem contraria his, id est, in peius conuersio, pulsus prauitas, difficilis respiratio, maxime ea, quae frigido spiritu efflato contingit.* GALENUS de cris. Lib. I.

LXXVIII.

Mirum cui forte videri posset, etiam *anatomen* in *dynamicæ semiotica* suum praestare usum. Verum id iam GALENUS perspexit *Therap. ad Glauc. L. 2.* vbi ipsi obuersabatur ἢ ἐμπειρία τῆς ΦΥΣΕΩΣ τῶν μοριῶν, ἢν ἐξ ἀνατομῆς τε αἶμα καὶ ἀκριβεῶς ἐπιστήμης ἐνεργειῶν τε καὶ χρειῶν πορίζόμεθα, *cognitio naturarum unius cuiusque partis, quam ex anatome & acriori actionum corporearum ac utilitatum studio adquirimus.*

C

LXXVIII.

LXXVIII.

Quo pacto languidas vires ab oppressis dignoscere liceat, exponit IOH. FERNELIUS *Therap. vniuers. L. II. Cap. VIII. p. m. 351.*

LXXX.

Plenissimam lucem adfundit notitia exacta status gradusque naturalis singularum actionum (ab agentibus, agentiumque viribus aequae, ac materiei morbofis adfectionibus certe quam maxime distinctarum) *tum modi, quo quaelibet exercetur, & conditionum ac virium, quibus instructum in suis partibus corpus ad eas perficiendas concurrit.* Ita nimirum, comparando actionem quamque integram una cum suis requisitis ad eandem in aegro vitiatam, innotescere potest, quisnam & quantus sit recessus a sanitate. Constat hinc, *PHYSIOLOGIAM maximae huius utilitatis esse, cet. Cel. GAUBIUS l. c. §. 46. seq. Conf. §. 179, 633-649.* Quibus etiam argute demonstratur *Medicinae psychologicae* veritas atque necessitas.

LXXXI.

ROLFINCIUS med. conf. Lib. II. Conf. XXI. p. 303. *Vires, inquit, sunt omnium indicationum tyranni.*

LXXXII.

Et BOHNIUS de off. Med. dupl. P. I. C. X. p. m. 222. *Conseruanda, inquit, & indicationi subiecta vires sunt.*

LXXXIII.

Vires semper conseruatorie indicant. IDEM l. c. p. 239.

LXXXIII.

Sed & virium signa non perpetua sunt. IDEM ibid. C. XIII. p. 257.

LXXXV.

Sequuntur

FRAGMENTA MEDICINAE DYNAMICAE,

ad

MATERIAM MEDICAM

spectantia.

LXXXVI.

GRAECOS ipsos iam ante oculos vbique habuisse *medicinam dynamicam* non in *pathologia* tantum, sed in ipsa etiam *materia medica*, oppido inde patet, quod ipsa *media medi-*

ca dixerunt ΔΥNAMEΙΣ. Ita oculorum medicamenta vocabantur ΔΥNAMEΙΣ ΟΦΘΑΛΜΙΚΑΙ. Prostabant olim composita quoque medicamenta, quae ΔΥNAMEΙΣ dicebantur, ut τετραφαρμακος δύναμις, constans ex 4. medicamentis. GALENUS L. 6. meth. CORNARIUS in Lib. I. de comp. med. sec. loc. ΔΥΝΑΜΙΣ ἀδιάπτωτος, ἀμετάπτωτος ἢ ἀπαραβάρτος, certa compositio & comprobatae facultatis. Ibid.

LXXXVII.

Re etiam vera virium scientia maximam partem est *materia medica*. Quemadmodum Nympha illa marina, Nerei & Doridis filia, Dynamene dicebatur, quod in mari plurimum polleret: ita *materia medica* Medicorum veluti *Dynamene* haud incongrue salutari potest, quod eorum, quae in medicina plurimum valent, sit scientia, quod Medicus illa instructus dynasta sit, qui sola hac armatura virium motuumque & materiei morbos, tamquam vitae sanitatisque hostes, debellandi potestatem habeat.

LXXXVIII.

Hinc adeo sua de *materia medica* scripta de *medicamentorum viribus* s. virtutibus inscribunt. Spectant huc AEMILIUS MACER de *virtutibus herbarum*, de quo copiose exponit V. C. BOERNERUS Noct. Guelph. p. 120 - 134. A. E. BYCHNERI *diff. de viribus vitri antimonii cerati, ad rationes suas revocati*. 1751. EJUSD. *diff. de tartaro vitriolato volatili, eiusque viribus medicis*. 1757. EJUSD. *modus agendi virtutis resolventis mercurii viui in C. H.* 1748. EJUSD. *de genuinis viribus tabaci*. 1746. BLASKE de *virtute venenorum medicata*. Vienn. 1757. IO. HENR. SCHULZ *diff. de vera indole & egregia virtute radice iridis Florentinae*. Hal. 1739.

LXXXVIII.

H. BOERHAAVIUS integrum suum de *materia medica* tractatum inscribit: de *viribus medicamentorum*, in quo egregia *medicinae dynamicae* menumenta memoriae prodidit.

LXXX.

IDEM in *proleg. elem. chym. T. II. p. 5. ed. Lond.* ita differt. Addamus, quod Chymia, etiam sollicitissima, vix queat retinere dotes simplicium herbarum illibatas; semper quippe

misceat prius separata in plantis ; semper a prisca, leuissime mutabili, indole immutet, nouisque, non modo formis, sed & dotibus, imbuat. Longe igitur abest, ut Chymistae operationibus suis separare queant semper praestantes vires, quas natura proprias alicui plantae impertuit : quum easdem suis artificiis saepe numero, immo plerumque, valde immutent, quin & in contrarias prorsus conuertant.

LXXXXI.

Nec BOERHAAVIANIS inferioris notae sunt BOHNIANA *Iatrodynamicas* documenta. Quod huius loci est, P. I. L. X. p. m. 208. ita se habet: *Neque tandem, quae ab analysi chymica horum illorumue concretorum medicamentosorum, eorumue textura petuntur rationes, in determinando morbi remedio, huiusque agendi modo adaequate exhauriendo semper quadrant. quum per illas hypotheses nec per experientiam iam dum obseruatae eorum facultates semper commode satis explicari queant.*

LXXXXII.

G. W. WEDELIUS in *Comp. chym. theor. & pract. meth. analyt. propos.* singulis medicamentorum descriptionibus peculiarem de eorum viribus subiicit articulum.

LXXXXIII.

Medicamentorum vires dirigere aegroti vires, & ab hisce illas vicissim dirigi, pulchre docet E. A. NICOLAI in *system. mat. med. ad prax. adplic.* P. I. §. VI. XII.

LXXXXIII.

Haecenus *theoretica*. Nec desunt *practica medicinae dynamicas* documenta. Subnectimus hinc adhuc quaedam

FRAGMENTA MEDICINAE DYNAMICAE THERAPEUTICA.

LXXXV.

Μελέται μελετέων μέγα διαφέρουσι, κὶ φύσιες φύσιων, τῶν σωμάτων εἰς εὐφορίην. *Curationes a curationibus, & naturae a naturis discrepant valde, ut corporibus bene sit.* GALENUS comment. in lib. HIPPOCR. de fract.

LXXXVI.

Oportet igitur curam exquisitè fieri. Χρὴ τὴν μελέτην ἀτρεκέως ποιεῖσθαι. HIPPOCRATES L. I. de morb. mul. Προσέχειν τῇ μελέτῃ. *Animaduertendum est in cura.* Ib. Curare enim idem

idem est, ac sanare. Μελεδαίνειν, θεραπεύειν. Inde μελεδαίνη, cura, ἐπιμέλεια GALENO in exeg. Φροντίς, sollicitudo HESYCHIO. Quoniam mederi res ardua est, provide & nil cunctando expedienda. Χρὴ τὴν μελέτην προσέχειν ἐν τάχει. Curationem statim adhiberi oportet. HIPPOCRATES.

LXXXXVII.

A naturae consiliis ac virium prudenti moderamine Medicus a Medicorum Patre naturae minister adpellatur. ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ τὸν ἰατρὸν ΥΠΗΡΕΤΗΝ ὀνομάζει ΤΗΣ ΦΥΣΕΩΣ, τὸν ὄντως ἰατρὸν, ὃ Φαρμακοπώλην τινὰ ἐκ τριόδου. HIPPOCRATES Medicum ministrum adpellat naturae, illum, qui vere Medicus est, non triuivalem pharmacopolam. GALENUS περὶ κρισίμων ἡμερῶν. α.

LXXXXVIII.

Dantur igitur Medici, qui sunt pharmacopœi, sed non ἐκ τριόδου, & pharmacorum confectores, qui hoc quoque nomine sunt vere Medici.

LXXXXVIII.

At Medicus tamen non semper minister est, sed & saepe magister, & haud raro neque magister, sed otiosus spectator, Medicus per expectationem, non autem ubique HARVAEANAM. C.

Ei quoque, praeter bonam mentem & eruditionem casus fauet. Iuvant enim ΦΥΣΙΣ, καὶ τέχνη, καὶ τύχη, natura, ἔσ' ars, ἔσ' fortuna. GALEN. meth. med. L. 2.

CI.

At vero neque fortunae & naturae nimium fidat, oportet. Σωφροσύνης γὰρ Φίλος, ὥσπερ γὰρ καὶ ἀληθείας ἐταῖρος ὁ γ' ἀληθείας ἱπτορὸς ἐξεύρηται, καὶ μὲν δεῖ καὶ ΛΟΓΙΚΗΝ ΜΕΘΟΔΟΝ ἀσκεῖν, χάριν τῇ γνῶναι, πόσα τὰ πάντα κατ' εἶδη τε καὶ γένη νοσήματα ὑπάρχει, καὶ πῶς ἐφ' ἑκάστῃ λεπτότεον ἐνδείξιν τινὰ ἰαμάτων. Prudentiae amicus, uti ἔσ' veritatis socius, ille demum genuinus Medicus inuenietur. Et quidem oportet illum cogitandi artem (methodum logicam s. rationalem) exercere, ut cognoscat, quales sint omnes secundum species ἔσ' genera morbi, ἔσ' quomodo ad unum quemque capienda sit indicatio curationum. GALENUS de opt. Med. philos.

CII.

Medicus, qua *pharmaceutices* *antistes*, *pharmacorum* vires ex naturae legibus aestimat, neque illa, nisi ad huius praescripta, admittit vquam, & eatenus quoque naturae vel *ministerium*, vel *magistrum*, vel *spectatorem*, & *interpretem* agere tenetur (n. LXXXVIII.). *Pharmaca* sunt vel *naturalia*, vel *arte facta*, & utraque vel *simpliciora*, vel *composita*. *Compositorum* vires ex earum compositione aestimantur, de qua conterri meretur egregia *Cel. IOH. GESNERI* *diff. de effectibus, qui a virium compositione producuntur*. Tiguri 1747. habita. At vii natura antecellit artem, ita de *compositorum*, quam de *simplici*, um viribus iudicium semper est difficilius. Hinc prudentiores etiam naturae interpretes Medici priora posterioribus raro, aut numquam, postponunt.

CIII.

Scitum, quod praeterire heic nequeo, hac de re testimonium est V. C. IOH LINDESTOLPII *lib. de venenis C. I. p. m. 25*, ubi ita: Postquam chymia suum efferre coepit caput, nil fere admittitur, nisi quod igneum, & eius arte confectum, ac cum plurimis aliis permixtum fuerit, quum tamen simplices atque ab ipsa natura elaboratae medicinae plus longe prosint, & tutius adsumantur. Accedit porro & hoc exinde incommodi, quod maxima laboremus inopia medicamentorum vere comprobatorum, prorsus, ut eam medicinae partem, quae de medicinis authenticis & positiuis tractet, inter desiderata adhuc, magna forte Medicorum cum contumelia, cum Illustrissimo Angliae Cancellario VERULAMIO numeremus, de *Augment. Scient. Lib. III. Cap. XI*. Is quoque *Hist. vit. & mort. in Addit. dicit*: Laudes immodicae medicinarum chymicarum primo infant hominum spes, deinde destituunt. Atque hoc quidem vere.

CIII.

Dynamicen therapeuticam in virium directione praecipue sitam esse, adeo evidens est, ut GAUBIUS (n. XXXXII.) aliiue ab ea prope sola totam definierint medicinam.

CV.

De viribus, earumque regimine & conservatione Therapeutae integra habent capita, vti Illustris LUDWIGIUS *Instit. therap. P. II. C. I. & II.*

CVI.

Sed naturae cognitio ex observatione & meditatione, non ex lectione Auctorum haurienda est. WERLOSNIGIUS *de curationibus verno-auctumnalibus*. P. 168.

CVII.

Vires ut vel non perdantur, vel perditae restaurentur, Medico quam maxime curandum est. IOH. BOHNIUS *de off. Med. dupl. P. I. C. X. p. m. 222, 238*.

CVIII.

In illis quoque pathematis, quae vel quod lateant, vel in se, incurabilia sunt, solis viribus prospicere iuvat, donec forsitan natura morbum superet, aut ne adeo subito vincatur haec. IDEM *l. c. Cap. XII. p. m. 251*. ubi, quomodo prospiciendum sit viribus, copiose expenditur.

CVIII.

Ea lege temperanda sunt omnia, ut morbi substantia tollatur, viribus, quam fieri potest, minimum oblaesis. His quidem tantisper negotium facessere, dum ma-
ium

lum profligetur, & in maioris conmodi spem adducamur, periti in primis est artificis
 HIPPOCRATES, ad prospicienda pericula sagacissimus, consuluit tenuem
 victum aegrotis adhibere, haud veritus illorum vires, licet infirmas, victus tenui-
 tate debilitare, ut hac simul morbi essentiam comminueret. JOH. FERNELIUS
 Therap. vniuers. L. II. C. X. p. m. 352. sq. Plura ibidem lectu digniora videre
 licet.

CX.

Si obscurior morbi species non dum tibi penitus cognita perspectaque est, huic
 ne properes remedia adhibere, sed rem totam naturae committito. Natura enim,
 proba ratione viuendi adiuta & innixa, aut morbum profligabit, aut patefaciet
 & foras proferet. Inerta quippe medicatio & irrita non nisi dispendio decernitur.
 Si quid forte experiri cogeris, leue id esto, ne fiat in re ancipiti iactura grauis,
 IDEM l. c. L. I. C. III. p. 331.

EPILOGUS.

Sunt & in Medicorum foro, quibus vis & natura est anima mundi,
 & haec ipsa diuinitas. Sententiam hanc perquam facunde fuseque enarrauit
 modo excitatus FERNELIUS de abd. rer. caus Lib I. Cap. X. p. m. 582.
 Verba haec sunt: Triâ circa regem omnium PLATO statuit coaeterna, bonum,
 mentem, & mundi animam. BONUM adpellat rerum omnium patrem & au-
 ctorem DEUM, qui simplex & immobilis, supra omnem omnium naturam & in-
 telligentiam in Parmenide constituitur, estque in omnia exuberans bonitas. A
 patre bonoque MENS procedit, ut ab ingenita soli luce lumen splendidum, quae
 MENS intelligentia est diuina, & optimus boni filius. A mente rursus ANIMA
 MUNDI defluit, uti splendor a lumine, quae per omnia spirat, omnia in vita con-
 tinet. Circa primum, qui PATER est OMNIUM, simplex est & indiuidua boni-
 tatis idea. Ab hac . . . innumerabiles defluunt idearum differentiae Has
 rerum omnium ideas diuina mens excipit, ut sint secunda illa circa secundum . . .
 Ab iis vero dimanant idearum rationes, ANIMAE MUNDI immissae, a rationi-
 bus rationum semina in coelos & sidera sparguntur. Omnia quae in mundo sunt
 mortalia, a sua quaeque IDEA & exemplari, quae MENS illa diuina vniuersa
 complectitur, sustentur. Haec DEI vita, haec illius actio, rem ad motiones,
 pro sua quamque natura, ciere, vitamque omnibus inspirare.

Hoc sibi vult illud VIRGILII Aeneid. VI.

Principio coelum ac terras, camposque liquentes,
 Lucentemque globum lunae, Titaniaque astra,
 Spiritus intus alit: totamque infusa per artus
 Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Hoc sensu TULLIUS in Tusc. dicit: omnia uno diuino & continuato spiritu con-
 tineri. Haec PLATONIS, haec PLOTINI, haec eadem aliorum PLATONI-
 CORUM sententia. An in ista diuinae alicuius scintillae vestigia? Num in his
 aliquid latet de sublimiori illo effato. Aët. XVI. 28. Ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ
 κινῶμεθα, καὶ ἐσμεν. In ipso viuimus, mouemur & sumus.

Et quantum hoc viuere distat ab illo? Si cine, quaeso, vacillat caditue me-
 dicinae dynamicæ veritas? Num sine piaculo amplius dici potest, viuentia &

viuentium vires praeter naturae suae regulam, adeoque *morbose*, adfici posse? Nonne, si quod mouet, solus DEUS, & praeter DEUM nulla vis esset, id dicere, & medicinam dynamicam moliri, blasphemum foret & impium. Ecqua igitur tandem verae *dynamices*, nominatim *medicae*, stabiliora fundamenta? Haec mente reputans, ad altiora deuoluor, DIVINAM gloriam, quae Rom. I. 20. ΑΙΔΙΟΣ ΔΥΝΑΜΙΣ vocatur, ita venerari iussus;

ΣΟΥ ΕΣΤΙΝ Η ΔΥΝΑΜΙΣ.

Matth. VI, 13.

NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
DN. CANDIDATO

S. P. D.

P R A E S E S.

Finito studiorum TUORUM academicorum curriculo, a nobis ad Patris TUI experientissimi castra transiisti, inque his, Illo duce, clinicis TUIS exercitiis non tantum Kirchemiensium, sed Exterorum quoque, quos Ipsius fama adlexit, gratiam TIBI conciliaisti. Inde ad nos redux in eo iam es, ut, exantlatis consuetis inter nos examini-bus, impetrataque ab Illustri CANCELLARIO nostro cathedram inauguralem conscendendi venia, praesentia haec medicinae dynamicæ fragmenta Hippocratico-Galenica defendas, eoque ipso summos in Medicina honores TIBI expugnes. Impetratis hisce, ea denuo eris felicitate, ut, dexterrimo duce Patre TUO clinica exercitia continuare, & in dies perficere queas. Gratulor TIBI hanc opportunitatem, non omnibus concessam. Gratulor & venerando Parenti TUO hanc & TUAM & SUAM felicitatem. Gratulor VTRIQUE socia hæc opera. Gratulor denique hæc aegris VESTRIS, quos VOBISCUM & per VOS SUPREMUS SALUTIS NOSTRAE ANTISTES saluos esse iubeat atque sospites.

Dab. e Museo Cal. Novemb.

clōIcccLVIII.